



### Missa pro Defunctis.

## In Commemoratione Omnium Fidelium Defunctorum.

**I**ntroitus. Equiem æternam dona eis Dómine: et lux perpétua luceat eis. *Ps. 64.* Te decet hymnus Deus in Sion: et tibi reddétur votum in Jérusalem: exáudi orationem meam, ad te omnis caro véniet.

Deinde absolute repetitur: *Requiem æternam*, usque ad Psalmum.

**O**ratio. Fidelium Deus ómnium Cónditor et Redemptor, animábus famulorum famularumque tuarum remissionem cunctorum tribue peccatorum: ut indulgentiam, quam semper optaverunt, piis supplicatióibus consequántur: Qui vivis et regnas cum Deo Patre.

Léct. *Epistolæ B. Pauli Apóst. ad Corinth. I. 15.*

**F**ratres: Ecce mysterium vobis dico: Omnes quidem resurgemus, sed non omnes immutábitur. In momento, in íctu óculi, in novissima tuba: canet enim tuba, et mórtui resurgent incorrupti: et nos immutábitur. Opórtet enim corruptibile hoc indüere incorruptiónem: et mortále hoc indüere immortalitatem. Cum autem mortále hoc indüerit immortalitatem, tunc fiet sermo, qui scriptus est: Absórpta est mors in victória. Ubi est mors victória tua? ubi est mors stimulus tuus? Stimulus autem mortis peccátus est: virtus vero peccáti lex. Deo autem

## In Commem. Omn. Fidel. Def. [93]

grátias, qui dedit nobis victóriam per Dñum nostrum Jesum Christum. **Graduale.** Réquiem æternam dona eis Dómine: et lux perpétua luceat eis. *V. Ps. 111.* In memoria æterna erit justus: ab auditióne mala non timébit.

**Cractus.** Absólve Dñe ánimas ómnium fidélium defunctorum ab omni vinculo delictórum. *V.* Et grátia tua illis succurrénte, mereántur evádere iudicium ultiónis. *V.* Et lucis æternæ beatitudine pèrfui.

**Sequentia.**

**D**ies iræ, dies illa, Solvet sæclum in favilla: [bylla. Teste David cum Si- Quantus tremor est futurus, [turus, Quando Iudex est vincta stricte discussurus! [sonum

Tuba mirum spargens Per sepúlcrâ regionum, Coget omnes ante thronum. [tura, Mors stupébit, et nâ- Cum resúrget creatúra, Judicánti responsúra. Liber scriptus profertúr,

In quo totum continétur, Unde mundus iudicétur. Iudex ergo cum sedébit, [bit: Quidquid latet, appáret: Nil inúltum remanébit.

Quid sum miser tunc dicturus?

Quem patrónum rogáturus?

Cum vix justus sit securus? [tatis,

Rex treménde majestatis,

Qui salvándos salvâs gratis,

Salva me, fons pietatis.

Recordáre Jesu pie, Quod sum causa tuæ vix, Ne me perdas illa die.

Quærens me, sedisti lassus:

Redemisti, cruce passus: [cassus.

Tantum labor non sit Juste iudex ultiónis,

Donum fac remissionis Ante diem ratiónis.

Ingemisco tamquam reus: [meus:

Culpa rubet vultus Supplicánti parce Deus.

Qui Mariá absolvisti, Et latrónem exaudisti, Mihi quoque spem dedisti. [dignæ:

Preces meæ non sunt Sed tu bonus fac benigne

Ne perénni cremer igne. Inter oves loci præsta,

Et ab hædis me sequéstra, [tra.

Státuens in parte dextera, Confutátiis maledictis, Flammis ácribus addictis, [tis.

Voca me cum benedictis, Oro supplex et acclínis, [nis:

Cor contritum quasi cingere curam mei finis.

Lacrymōsa dies illa,  
Qua resūrgit ex favilla  
Judicāndus homo reus.

Huic ergo parce Deus:  
Pie Jesu Dōmine,  
Dona eis requiē. Amen.  
Seq. sancti Ehangeliī se-  
cūndum Joānnem. 5.

**I**n illo tēpore: Dixit  
Jesus turbis Judæo-  
rum: Amen amen dico  
vobis, quia venit hora,  
et nunc est, quando mōr-  
tui audient vocem Filii  
Dei: et qui audierint,  
vivent. Sicut enim Pa-  
ter habet vitam in semet-  
ipso: sic dedit et Filio  
vitam habere in semet-  
ipso: et potestātem de-  
dit ei iudiciū facere,  
quia Filius hōminis est.  
Nolite mirārī hoc, quia  
venit hora, in qua omnes,  
qui in monumentis sunt,  
audient vocem Filii Dei:  
et procedēt qui bona fe-  
cerunt, in resurrexiōnem  
vitæ: qui vero mala egē-  
runt, in resurrexiōnem  
iudiciī.

**Offertor.** Dōmine Jesu  
Christe, Rex glōriæ, li-  
bera animas omnium fi-  
deliū defunctorū de  
pœnis infēri, et de pro-  
fundo lacu: libera eas  
de ore leōnis, ne absōr-  
beat eas tārtarus, ne cad-  
ant in obscurū: sed  
signifer sanctus Michael  
repræsēntet eas in lu-  
cem sanctam: \* Quam  
olim Abrahæ promissisti,

et sēmini ejus. V. Hō-  
stias et preces tibi Dō-  
mine laudis offerimus:  
tu suscipe pro animābus  
illis, quarum hōdie me-  
mōriam facimus: fac  
eas Dñe de morte trans-  
ire ad vitam. \* Quam  
olim Abrahæ promissisti  
et sēmini ejus.

**Secreta.** Hōstias quæsu-  
mus Dōmine quas tibi  
pro animābus famulō-  
rum famularūque tuā-  
rum offerimus, propitiā-  
tus intēde: ut quibus  
fidei christiānæ mēri-  
tum contulisti, dones et  
præmium. Per Dñm.

**Communio.** Lux ætērna  
liceat eis, Dñe: \* Cum  
Sanctis tuis in ætērnū:  
quia pius es. V. Requiem  
ætērnā, dona eis, Dñe:  
et lux perpētua luceat  
eis. Cum Sanctis tuis in  
ætērnū: quia pius es.

**Postcommunio.** Animā-  
bus quæsumus Dōmine  
famulōrum famularū-  
que tuārum oratio pro-  
ficiat supplicantiū: ut  
eas et a peccātis omnibus  
exuas, et tuæ redemptiō-  
nis faciās esse participes:  
Qui vivis.

Dicto Dōminus vobiscum,  
dicitur: *Requiescant in pace.*  
R. Amen. Et non datur Be-  
nedictio: sed dicto secreto  
*Placeat tibi sancta Trini-  
tas,* et osculato Altari, legi-  
tur Evangelium S. Joannis:  
*In principio erat Verbum,*  
ut moris est.

## In die Obitus, seu Depositionis Defuncti.

Introitus, Graduale, Tra-  
ctus, Sequentia, Offerto-  
rium, et Communio ut in  
Missa præcedenti.

**Oratio.** Deus, cui pro-  
prium est misereri sem-  
per et parcere, te sūp-  
plices exorāmus pro ani-  
ma famuli tui N., quam  
hōdie de hoc sæculo mi-  
grare jussisti: ut non  
tradas eam in manus  
inimici, neque obliviscā-  
ris in finem, sed iubeas  
eam a sanctis Angelis  
suscipi, et ad patriam  
paradisi perducī: ut,  
quia in te sperāvit et  
credidit, non pœnas in-  
fēri sustineat, sed gāu-  
dia ætērna possideat.  
Per Dōminum nostrum.  
Lectio Epistolæ beāti  
Pauli Apōstoli ad Thes-  
salonicēnses. 1. 4. c.

**F**ratres: Nolumus  
vos ignorare de dor-  
miētibus, ut non con-  
tristēmini sicut et ceteri,  
qui spem non habent. Si  
enim credimus quod Jesu  
mōrtuus est, et resur-  
rēxit: ita et Deus eos,  
qui dormierunt per Jesu-  
m, adducet cum eo.  
Hoc enim vobis dicimus  
in verbo Dōmini, quia  
nos, qui vivimus, qui re-  
sidiūsumus in adventum  
Dōmini, non præveniē-  
mus eos, qui dormierunt.  
Quoniam ipse Dōminus

in jussu, et in voce Ar-  
chàngeli, et in tuba Dei  
descēndet de cælo: et  
mōrtui, qui in Christo  
sunt, resūrgent primi.  
Deinde nos, qui vivimus,  
qui relinquimur, simul  
rapiēmur cum illis in nū-  
bibus obviam Christo in  
æra, et sic semper cum  
Dōmino erimus. Itaque  
consolāmini invicem in  
verbis istis. [77.]

Seq. S. Ehang. sec. Joān.

**I**n illo tēpore: Dixit  
Martha ad Jesum:  
Dōmine, si fuisses hic,  
frater meus non fuisset  
mōrtuus: sed et nunc  
scio quia quæcūmque  
popōceris a Deo, dabit  
tibi Deus. Dicit illi Jesu-  
s: Resūrget frater  
tuus. Dicit ei Martha:  
Scio quia resūrgit in re-  
surrexiōne in novissimo  
die. Dixit ei Jesus: Ego  
sum resurrectio, et vita:  
qui credit in me, etiā si  
mōrtuus fuerit, vivet:  
et omnis, qui vivit, et  
credit in me, non moriē-  
tur in ætērnū. Credis  
hoc? Ait illi: Utique  
Dōmine, ego credīde,  
quia tu es Christus Filius  
Dei vivi, qui in hunc  
mundum venisti.

**Secreta.** Propitiāre quæ-  
sumus Dōmine animæ  
famuli tui N., pro qua

hóstiam laudis tibi immolámus, majestátem tuam suppliciter deprecántes : ut per hęc piæ placatiónis officia, pervenire mereátur ad réquiem sempitérnám. Per Dóminum.

**Postcommunio.** Præsta quæsumus omnipotens Deus : ut ánima famúli tui N., quæ hódie de hoc sæculo migrávit, his sacrificiis purgáta, et a peccátis expedita, indulgéntiam páriter et réquiem cæpiat sempitérnám. Per Dóminum.

¶ In die iij., vij., et xxx. de positionis defuncti, dicitur Missa ut supra, exceptis Orationibus, quæ dicuntur ut infra.

**Oratio.** Quæsumus Dómine, ut ánima famúli tui N. cujus depo-

sitionis diem tertium, (vel séptimum, vel trigésimum) commemorámus, Sanctórum atque electórum tuórum largiri dignéris consórtium : et rorem misericórdiæ tuæ pervénire infúndas. Per Dóminum nostrum.

**Secreta.** Múnera quæsumus Dómine, quæ tibi pro ánima famúli tui N. offerimus, placátus inténde : ut remediis purgáta cælestibus, in tua pietate requiescat. Per Dóminum.

**Postcommunio.** Súscipe Dómine preces nostras pro ánima famúli tui N. ut, si quæ ei máculæ de terrénis contágiis adhæserunt, remissionis tuæ misericórdia deleántur. Per Dóminum nostrum.

### In Anniversario Defunctorum.

Introitus etc., quæ hic non habentur, require in Missa i. p. [92], et sqq.

**Oratio.** Deus, indulgéntiarum Dñe : da animábus famulorú famularúmque tuárum, quorum anniversárium de positionis diem commemorámus, refrigerii sedem, quietis beatitudinem, et lúminis claritatem. Per Dñum.

Si pro uno fiat anniversarium, dicitur sequens.

**Oratio.** Deus, indulgéntiarum Dómine : da

ánimæ famúli tui (famulæ tuæ) cujus anniversárium de positionis diem commemorámus, refrigerii sedem, quietis beatitudinem, et lúminis claritatem. Per Dñum.

Lect. lib. Machab. 11. 12.

**I**n díebus illis : Vir fortíssimus Judas, facta collatione, duódecim millia drachmas argénti misit Jerosólymam offerri pro peccátis mortuórum sacrificium, be-

ne et religiósè de resurrectione cogitans : (nisi enim eos, qui ceciderant, resurrectúros speráret, superfluum viderétur et vanum oráre pro mórtuis) et quia considerábat quod hi, qui cum pietate dormitiónem acceperant, óptimam habérent repósitam grátia. Sancta ergo, et salúbris est cogitatio pro defúntis exoráre, ut a peccátis solvántur.

Seq. sancti Evangelii secúndum Joánnem. 6.

**I**n illo témpore : Dixit Jesus turbis Judæórum : Omne, quod dat mihi Pater, ad me véniet : et eum, qui venit ad me, non ejiciam foras : quia descéndi de cælo, non ut fáciam voluntátem meam, sed voluntátem ejus, qui misit me. Hęc est autem voluntas ejus, qui misit me, Patris : ut omne, quod dedit mihi, non perdam ex eo, sed resúscitem illud in novís-

simo die. Hęc est autem voluntas Patris mei, qui misit me : ut omnis, qui videt Filium, et credit in eum, habeat vitam ætérnam, et ego resuscitábo eum in novissimo die.

**Secreta.** Propitiáre Dómine supplicatiónibus nostris, pro animábus famulorú famularúmque tuárum, quorum hódie ánnua dies ágitur, pro quibus tibi offerimus sacrificium laudis : ut eas Sanctórum tuórum consórtio sociáre dignéris. Per Dóminum.

Si pro uno fiat, dicitur in singulari numero.

**Postcommunio.** Præsta quæsumus Dómine : ut ánima famulorú famularúmque tuárum, quorum anniversárium de positionis diem commemorámus, his purgátæ sacrificiis, indulgéntiam páriter et réquiem cæpiant sempitérnám. Per Dóminum.

Si pro uno fiat, dicitur in singulari numero.

### In Missis quotidianis Defunctorú.

Introitus etc., quæ hic non habentur, require in Missa i. p. [92], et sqq.

Pro defúntis Episcopis, seu Sacerdotibus.

**Oratio.** Deus, qui inter apostólicos Sacerdotes, famulos tuos pontificáli,

seu sacerdotáli fecisti dignitate vigere : præsta quæsumus ; ut eorú quoque perpétuo aggregén-tur consórtio. Per Dñm.

Pro defúntis fratribus, propinquis, et benefactoribus.

**Oratio.** Deus vénie largitor, et humanæ salutis amátor: quæsumus cleméntiam tuam; ut nostræ congregatiónis fratres, propinquos, et benefactóres, qui ex hoc sæculo transierunt, beáta Maria semper Virgine intercedente cum omnibus Sanctis tuis, ad perpétuæ beatitúdinis consórtium pervenire concédas.

Pro omnibus fidelibus defunctis. *Oratio Fidélium*, p. [92].

Lectio libri *Apocalypsis* B. Joánnis Apóstoli. 14.

**I**n diebus illis: Audi vi vocem de cælo, dicentem mihi: Scribe: Beáti mórtui, qui in Dómino moriúntur. Amodo jam dicit Spiritus, ut requiescant a laboribus suis: ópera enim illórum sequúntur illos.

Sequentia *Dies iræ*, ut supra p. [93], ad arbitrium Sacerdotis.

Seq. sancti *Evangeli* secúndum Joánnem. 6.

**I**n illo tẽpore: Dixit Jesus turbis Judæórum: Ego sum panis vivus, qui de cælo descendi. Si quis manducáverit ex hoc pane, vivet in ætérnum: et panis, quem ego dabo, caro mea est pro mundi vita. Litigábant ergo Judæi ad invicem, dicentes:

Quómmodo potest hic nobis carnem suam dare ad manducándum? Dixit ergo eis Jesus: Amen, amen dico vobis: Nisi manducáveritis carnem Filii hóminis, et bibéritis ejus ságuinem, non habébitis vitam in vobis. Qui manducat meam carnem, et bibit meum ságuinem, habet vitam ætérnam: et ego resuscitábo eum in novissimo die.

Pro defunctis Episcopis, seu Sacerdotibus.

**Secreta.** Súscipe Dómine quæsumus pro animábus famulórum tuórum Pontificum, seu Sacerdotum, quas offerimus hostias: ut quibus in hoc sæculo pontificále, seu sacerdotále donásti méritum, in cælesti regno Sanctórum tuórum júbeas jungi consórtio. Per Dóminum.

Pro defunctis fratribus, propinquis, et benefactoribus.

**Secreta.** Deus, cujus misericórdiæ non est número, súscipe propitius preces humilitátis nostræ: et animábus fratrum, propinquórum, et benefactorú nostrórum, quibus tui nóminis dedisti confessiõe, per hæc sacramenta salutis nostræ, cunctórum remissiónem tribue peccatórum.

Pro omnibus fidelibus defunctis. *Secreta Abitus*, p. [94].

Pro defunctis Episcopis, seu Sacerdotibus.

**Postcommunio.** Prosit quæsumus Dñe animábus famulórum tuórum Pontificum, seu Sacerdotum misericórdiæ tuæ imploráta cleméntia: ut ejus, in quo speravérunt et credidérunt, ætérnum cápant, te miserante, consórtium. Per Dóminum nostrum.

Pro defunctis fratribus, propinquis, et benefactoribus.

**Postcommunio.** Præsta

quæsumus omnipotens et misericors Deus: ut animæ fratrum, propinquórum, et benefactorum nostrórum, pro quibus hoc sacrificium laudis tuæ oblatiõe maifestáti; per hujus virtútis sacraménti a peccáti omnibus expiáte, lucis perpétuæ, te miserante, recipiant beatitúdinem.

Pro omnibus fidelibus defunctis. *Postc. Animábus*, p. [94].

¶ Epistolæ et Evangelia superius posita in una Missa pro Defunctis, dici possunt etiam in alia Missa similiter pro Defunctis.

## Orationes diversae pro Defunctis.

1. In die depositionis, et anniversario summi Pontificis, dicitur prima Missa ut supra p. [92], præter Orationes, quæ dicuntur ut infra.

**Oratio.** ○○○○○○

**E**us, qui inter summos Sacerdotes famulum tuum N. infábilis tuæ dispositiõe connumerári voluisti: præsta quæsumus; ut qui unigéniti Filii tui vices in terris gerébat, sanctórum tuórum Pontificum consórtio perpétuo aggregétur. Per eisdem Dóminum.

**Secreta.** Súscipe Dómine quæsumus pro anima famuli tui N. summi

Pontificis, quas offerimus hostias: ut cui in hoc sæculo pontificále donásti méritum, in cælesti regno Sanctórum tuórum júbeas jungi consórtio. Per Dóminum nostrum.

**Postcommunio.** Prosit quæsumus Dómine animæ famuli tui N. summi Pontificis misericórdiæ tuæ imploráta cleméntia: ut ejus, in quo sperávit et crédidit, ætérnum cápát, te miserante, consórtium. Per Dóminum nostrum.

2. Pro defuncto Episcopo dicitur prima Missa, ut supra p. [92]: Orationes vero ut infra.

**Oratio.** Deus, qui inter apostolicos Sacerdotes, famulum tuum N. pontificali fecisti dignitate vigere : praesta quaesumus ; ut eorum quoque perpetuo aggregetur consortio. Per Dñum.

**Secreta.** Suscipe Domine quaesumus pro anima famuli tui N. Pontificis, quas offerimus hostias : ut cui in hoc saeculo pontificale donasti meritum, in caelesti regno Sanctorum tuorum iubeasungi consortio. Per Dominum nostrum.

**Postcommunio.** Prosit quaesumus Domine animae famuli tui N. Pontificis misericordiae tuae implorata clementia : ut ejus, in quo speravit et credidit, aeternum capiat, te miserante, consortium. Per Dominum.

Pro defuncto Sacerdote dicuntur eadem Orationes, sed ubi dicitur *pontificali*, dicitur *sacerdotali*, et pro Pontificis dicitur *Sacerdotis*.

Si fuerint plures, dicitur ut supra in quarta Missa p. [97], et seq.

Pro Episcopo Cardinali defuncto dicitur *famulum tuum N. Episcopum Cardinalem pontificali fecisti dignitate etc.*

Pro Presbytero Cardinali dicitur *famulum tuum N. Presbyterum Cardinalem sacerdotali fecisti dignitate etc.*

Pro Diacono autem Cardinali dicitur *Oratio Inclina Domine*, qua habetur paulo infra, hoc modo : *ut animam famuli tui N. Diaconi Cardinalis, quam de hoc saeculo etc.*

3. Pro defuncto Episcopo.

**Oratio.** Da nobis Domine, ut animam famuli tui N. Episcopi, quam de hujus saeculi exuidisti laborioso certamine, Sanctorum tuorum tribuas esse consortem. Per Dominum nostrum.

**Secreta.** Annue nobis quaesumus Domine ut animae famuli tui N. Episcopi haec prosit oblatio : quam immolando, totius mundi tribuisti relaxari delicta. Per Dominum nostrum.

**Postcommunio.** His sacrificiis quaesumus omnipotens Deus, purgata anima famuli tui N. Episcopi ad indulgentiam et refrigerium sempiternum pervenire mereatur. Per Dominum.

4. Pro defuncto Sacerdote.

Et possunt dici pro pluribus in numero plurali.

**Oratio.** Praesta quaesumus Domine, ut animae famuli tui N. Sacerdotis, quem in hoc saeculo commorantem, sacris muneribus decorasti, in caelesti sede gloriosa semper exsultet. Per Dominum.

**Secreta.** Suscipe Domine quaesumus pro anima famuli tui N. Sacerdotis, quas offerimus hostias : ut cui sacerdotale donasti meritum, dones et praerium. Per Dñum.

**Postcommunio.** Praesta quaesumus omnipotens Deus, ut animam famuli tui N. Sacerdotis in congregatione justorum, aeternae beatitudinis iubeas esse consortem. Per Dominum nostrum.

5. Pro uno Defuncto.

**Oratio.** Inclina Domine aurem tuam ad preces nostras, quibus misericordiam tuam supplices deprecamur : ut animam famuli tui, quam de hoc saeculo migrare jussisti, in pacis ac lucis regione constituas ; et Sanctorum tuorum iubeas esse consortem. Per Dominum nostrum.

**Secreta.** Annue nobis quaesumus Domine, ut animae famuli tui haec prosit oblatio : quam immolando, totius mundi tribuisti relaxari delicta. Per Dominum.

**Postcommunio.** Absolve quaesumus Domine animam famuli tui ab omni vinculo delictorum ; ut in resurrectionis gloria inter sanctos et electos tuos resuscitatus respiret. Per Dñum.

6. Pro una Defuncta.

**Oratio.** Quaesumus Domine, pro tua pietate miserere animae famulae tuae : et a contagii mortalitatis exitum, in aeternae salvationis partem restitue. Per Dñm.

**Secreta.** His sacrificiis quaesumus Dñe anima famulae tuae peccatis omnibus exuatur, sine quibus a culpa nemo liber existit : ut per haec pia placationis officia, perpetuum misericordiam consequatur. Per Dominum nostrum.

**Postcommunio.** Inveniat, quaesumus Domine, anima famulae tuae lucis aeternae consortium : cujus perpetuae misericordiae consecuta est sacramentum. Per Dominum.

7. Pro patre et matre Sacerdotis.

**Secreta.** Deus, qui nos patrem et matrem honorare praecipisti : miserere clementer animabus patris et matris meae, eorumque peccata dimitte : meque eos in aeternae claritatis gaudio fac videre. Per Dñm.

**Secreta.** Suscipe sacrificium Dñe, quod tibi pro animabus patris et matris meae offero : eisque gaudium sempiternum in regione vivorum concede : meque cum illis

felicitati Sanctorum conjunge. Per Dominum.

**Postcommunio.** Celestis; participatio sacramenti, quaesumus Domine, animabus patris et matris meae requiem et lucem obtineat perpetuam: meque cum illis gratia tua coronet aeterna. Per Dominum.

8. Si pro patre tantum, vel matre tantum, dicatur in singulari.

**Oratio.** Deus, qui nos patrem et matrem honorare praecipisti: miserere clementer animae patris mei, (vel matris meae) ejusque peccata dimitte; meque eum (vel eam) in aeterna claritatis gaudio fac videre. Per Dominum nostrum.

Pari modo dicantur Secreta et Postcomm. praeced.

9. Pro defunctis fratribus, propinquis, et benefactoribus.

*Oratio Deus, venia largitor,* ut supra, in Missis quotid. ii. loco, p. [98]: it. Secreta et Postcommunio, ibid., p. [99]

10. Pro his qui in coemeterio requiescunt.

**Oratio.** Deus, cujus miseratione animae fidelium requiescunt: famulis et famulabus tuis, et omnibus hic et ubique in Christo quiescentibus, da propitius veniam peccatorum; ut a cunctis reatibus abso-

luti, tecum sine fine laententur. Per eundem Dominum.

**Secreta.** Pro animabus famulorum famularumque tuarum, et omnium Catholicorum hic et ubique in Christo dormientium, hostiam Domine suscipe benignus oblata: ut hoc sacrificio singulari, vinculis horrendae mortis exuti, vitam mereantur aeternam. Per eundem Dominum.

**Postcommunio.** Deus, fidelium lumen animarum, adesto supplicationibus nostris: et da famulis et famulabus tuis, quorum corpora hic et ubique in Christo requiescunt, refrigerii sedem, quietis beatitudinem, et luminis claritatem. Per eundem Dominum.

11. Pro pluribus Defunctis.

**Oratio.** Deus, cui propitium est misereri semper et parcere: propitiare animabus famulorum famularumque tuarum, et omnia eorum peccata dimitte; ut mortalitatis vinculis absoluta, transire mereantur ad vitam. Per Dominum.

**Secreta.** Annue nobis quaesumus Domine, ut animabus famulorum famularumque tuarum haec prosit oblatio: quam

immolando, totius mundi tribuisti relaxari delicta. Per Dominum.

**Postcommunio.** Deus, cui soli competit medicinam praestare post mortem: praesta quaesumus, ut animae famulorum famularumque tuarum terrenis exuta contigiis, in tuae redemptionis parte numerentur. Qui vivis.

12. Alia pro pluribus defunctis.

**Oratio.** Animabus quaesumus Domine famulorum famularumque tuarum, misericordiam concede perpetuam: ut eis proficiat in aeternum, quod in te speraverunt et crediderunt. Per Dñm.

**Secreta.** His Domine quaesumus placatus intendente munibus: et quod ad laudem tui nominis supplicantes offerimus, ad indulgentiam proficiat defunctorum. Per Dominum nostrum.

**Postcommunio.** Supplices Domine pro animabus famulorum famularumque tuarum preces effundimus, obsecrantes: ut quidquid conversatione contraxerunt humana, et clementer indulgeas, et in tuorum sede laetantium constituas redemptorum. Per Dominum nostrum.

**Ordo ad faciendam Aquam benedictam.**

Die Dominica, in sacristia preparato sale, et aqua benedicenda, Sacerdos celebraturus Missam, vel alius ad id deputatus, alba vel superpelliceo indutus cum stola circa colum, primo dicit:

**V.** Adjutorium nostrum in nomine Domini. **R.** Qui fecit caelum et terram.

Deinde absolute incipit exorcismum salis.

**E**xorcizo te creatura salis per Deum **+** vivum, per Deum **+** verum, per Deum **+** sanctum: per Deum, qui te per Elisaeum prophetam in aquam mitti jussit, ut sanaretur sterilitas aquae: ut efficiaris sal exorcizatum in salutem credentium: et sis omnibus sumentibus te sanitas animae et corporis: et effugiat atque discadat a loco, in quo asperum fieris, omnis phantasia et nequitia vel versitia diabolice fraudis, omnisque spiritus immundus adjuratus per eum, qui venturus est iudicare vivos et mortuos, et saeculum per ignem. **A.** Amen.

**Oramus.**

**I**mmensam clementiam tuam, omnipotens aeterna Deus, humiliter

imploramus : ut hanc creaturam salis, quam in usum generis humani tribuisti, bene  $\dagger$  dicere, et sancti  $\dagger$  ficare tua pietate digneris : ut sit omnibus sumentibus salus mentis et corporis : et quidquid ex eo tactum vel respersum fuerit, careat omni immunditia, omnique impugnatione spiritalis nequitiae. Per Dominum.

Exorcismus aquae : et dicitur absolute :

**E**xorcizo te creaturam aquae in nomine Dei  $\dagger$  Patris omnipotentis, et in nomine Jesu  $\dagger$  Christi Filii eius Domini nostri, et in virtute Spiritus  $\dagger$  sancti : ut fias aqua exorcizata ad effugandam omnem potestatem inimici, et ipsum inimicum eradicare, et explantare valesas cum angelis suis apostolicis : per virtutem ejusdem Domini nostri Jesu Christi : qui venturus est iudicare vivos et mortuos, et saeculum per ignem.  $\mathcal{X}$ . Amen.

Orémus. **O**ratio.

**D**eus, qui ad salutem humani generis, maxima quoque sacramenta in aquarum substantia condidisti, ad esto propitius invocationibus nostris, et elemēto huic multimodis purificatio-

nibus preparato, virtutem tuam bene  $\dagger$  dictionis infunde : ut creatura tua mysteriis tuis serviens, ad abigendos daemones, morbosque pellendos, diffectum : ut quidquid in domibus vel in locis fidelium haec unda resperserit, careat omni immunditia, liberetur a noxa : non illic resideat spiritus pestilens, non aura corrumpens : discendant omnes insidiae latētis inimici : et si quid est, quod aut incolumitati habitantium invidet, aut quieti, aspersione hujus aquae effugiat : ut salubritas per invocationem sancti tui nominis expetita, ab omnibus sit impugnationibus defensa. Per Dominum.

Hic ter mittat sal in aquam in modum crucis, dicendo semel :

**C**ommixtio salis et aquae pariter fiat, in nomine Pa  $\dagger$  tris, et Fi  $\dagger$  lii, et Spiritus  $\dagger$  sancti.  $\mathcal{X}$ . Amen.

$\mathcal{V}$ . Dominus vobiscum.  $\mathcal{X}$ . Et cum spiritu tuo.

Orémus. **O**ratio.

**D**eus invictae virtutis auctor, et insuperabilis imperii Rex, ac semper magnificus triumphator : qui adversae dominationis vires re-

primis : qui inimici rugientis saevitiam superas : qui hostiles nequitas potenter expungas : te Domine tremētes et supplices deprecamur, ac petimus, ut hanc creaturam salis et aquae dignanter adspicias, benignus illustres, pietatis tuae rore sanctifices : ut ubicumque fuerit aspersa, per invocationem sancti nominis tui, omnis infestatio immundi spiritus abigatur : terrorque venenosae serpentis procul pellatur : et praesentia sancti Spiritus nobis misericordiam tuam poscentibus, ubique adesse dignetur. Per Dominum, in unitate ejusdem Spiritus sancti.

$\bullet$  Finita benedictione, Sacerdos celebraturus, indutus pluviali coloris Officio conveniens, accedit ad Altare, et ibi ad gradus cum ministris genuflexus, etiam tempore Paschali, accipit a Diacono aspersorium, et primo ter aspergit Altare, deinde se, et erectus ministros, incipiens Ant. *Asperges me*. Et Chorus prosequitur : *Domine hyssopo* etc., ut infra. Interim Celebrans aspergit Clerum, deinde populum, dicens submissa voce cum ministris Psalm. *Miserere mei Deus*.

Ant. *Asperges me Domine hyssopo*, et mundabor : lavabis me, et super nivem dealba-

bor. Ps. 50. *Miserere mei Deus*, secundum magnam misericordiam tuam.  $\mathcal{V}$ . Gloria Patri.

Et repetitur Ant. *Asperges me*.

Hec Ant. praedicto modo dicitur ad aspersionem aquae benedictae in Dominicis per totum annum : excepta Dominica de Passione, et Dominica Palmarum, in quibus non dicitur *Gloria Patri*, sed post Psalm. *Miserere* repetitur immediate Ant. *Asperges me*. Excepto etiam tempore Paschali, scilicet a Dominica Pasche usque ad Pentecosten inclusive : quo tempore cantatur sequens Antiphona.

Vidi aquam egredientem de templo a latere dextro, alleluia : et omnes, ad quos pervenit aqua ista, salvi facti sunt, et dicent, Alleluia, alleluia. Psalmus 117. Confitemini Domino quoniam bonus : quoniam in saeculum misericordia ejus.  $\mathcal{V}$ . Gloria Patri.

Repetitur Antiph. *Vidi aquam*. In Dominica vero Trinitatis resumitur *Asperges me Domine*.

In die sancto Paschae, et Pentecostes, ubi est Fons baptismalis, fit aspersio cum aqua pridie benedicta in Fonte Baptismi, et ante infusionem Olei et Chrismatis accepta. Finita Ant. supra dicto modo, Sacerdos qui asperit aquam, reversus ad Altare, stans ante gradus Altaris junctis manibus, dicit :

V. Ostēde nobis Dōmine misericōrdiā tuam. *Temp. Pasch. additur Allelūia.* R. Et salutāre tuum da nobis.

V. Dñe exāudi oratiōnem meam. R. Et clamor meus ad te veniat.

V. Dñus vobiscum. R. Et cum spiritu tuo. Orēmus.

**Oratio.**  
Exāudi nos, Dōmine sancte, Pater omnipotens, aetērne Deus: et mittere dignēris sanctum Angelum tuum de caelis, qui custōdiat, foveat, prōtegat, visitet, atque defendat omnes habitātes in hoc habitaculo. Per Christum Dōminum nostrum. R. Amen.

### Benedictio Agni in Pascha.

V. Adjutōriū nostrum in nōmine Dñi. R. Qui fecit cælum et terram.

V. Dñus vobiscum. R. Et cum spiritu tuo.

**Orēmus.** Deus, qui per famulum tuum Mōysen, in liberatiōe pōpuli tui de Agypto agnum occidit iussisti in similitudinem Dōmini nostri Jesu Christi, et utrosque postes domōrum de sanguine ejūdem agni perungi praecepisti: ita bene-  
dicere, et sancti-  
ficare dignēris hanc crea-

turam carnis, quam nos famuli tui ad laudem tuam sōmere desiderāmus, per resurrectiōnem ejūdem Dōmini nostri Jesu Christi: Qui tecum vivit et regnat in saecula saeculōrum. R. Amen.

Et mox aspergat aqua benedicta.

### Bened. Dvorum.

V. Adjutōriū nostrum in nōmine Dōmini. R. Qui fecit cælum et terram. V. Dōminus vobiscum. R. Et cum spiritu tuo.

**Orēmus.** Subveniat quāsumus Dñe tuā benedictiōnis grātia huic ovōrum creaturā: ut cibus salūbris fiat fidēlibus tuis in tuarum gratiarum actiōne sumētibus, ob resurrectiōnem Dōmini nostri Jesu Christi: Qui tecum vivit et regnat in saecula saeculōrum. R. Amen.

Et aspergat aqua benedicta.

### Benedictio Panis.

V. Adjutōriū nostrum in nōmine Dōmini. R. Qui fecit cælum et terram. V. Dōminus vobiscum. R. Et cum spiritu tuo.

**Orēmus.** Dōmine Jesu Christe, panis Angelōrum, panis vivus aetērnae

vitaē, bene-  
dicere dignāre panem istum, sicut benedixisti quinque panes in deserto: ut omnes ex eo gustātes, inde corpōris et animāe percipiant sanitātem. Qui vivis et regnas in saecula saeculōrum. R. Amen.

Et aspergat aqua benedicta.

### Alia Benedictio Panis.

V. Adjutōriū nostrum in nōmine Dōmini. R. Qui fecit cælum et terram. V. Dōminus vobiscum. R. Et cum spiritu tuo.

**Orēmus.** Dōmine sancte, Pater omnipotens, aetērne Deus, bene-  
dicere dignēris hunc panem tuā sancta spiritali benedictiōne: ut sit omnibus sumētibus salsus mentis et corpōris; atque contra omnes morbos, et univērsas inimicōrum insidias tutāmen. Per Dōminum nostrum Jesum Christum Filium tuum, panem vivum, qui de caelo descendit, et dat vitam et salūtem mundo: et tecum vivit et regnat in unitate Spīritus sancti Deus, per omnia saecula saeculōrum. R. Amen.

Aspergant aqua benedicta.

### Benedictio novorum Fructuum.

V. Adjutōriū nostrum in nōmine Dōmini. R. Qui fecit cælum et terram. V. Dōminus vobiscum. R. Et cum spiritu tuo.

**Orēmus.** Bene-  
dic Dōmine hos novos fructus N. et praesta: ut qui ex eis in tuo sancto nōmine vescētur, corpōris et animāe salutē potiāntur. Per Christum Dōminum nostrum. R. Amen.

Et aspergantur aqua benedicta.

### Benedictio ad quodcumque Comestibile.

V. Adjutōriū nostrum in nōmine Dōmini. R. Qui fecit cælum et terram. V. Dōminus vobiscum. R. Et cum spiritu tuo.

**Orēmus.** Bene-  
dic Dōmine creaturam istam N. ut sit remēdium salutāre generi humano: et praesta per invocatiōnem sancti nōminis tui; ut quicūmque ex ea sumpserint, corpōris sanitātem, et animāe tutelam percipiant. Per Christum Dñum nostrum. R. Amen.

Aspergat id aqua benedicta.



**Benedictio Candelarum.**

V. Adjutórium nostrum in nómine Dómini. **R.** Qui fecit cælum et terram. V. Dóminus vobiscum. **R.** Et cum spiritu tuo.

Oremus. Dómine Jesu Christe, Fili Dei vivi, benedíc candélas istas supplicatióibus nostris: infúnde eis Dómine, per virtutē sanctæ Crucis, benedictiōē cælestem: qui eas ad repellendas ténébras humano géneri tribuisti: talémque benedictiōnem signáculo sanctæ Crucis accipiant, ut quibuscúmque locis accensæ sive posítæ fuerint, discédant principes tenebrarum, et contremiscant, et fúgant pávidi cum ómnibus ministris suis ab habitatióibus illis: nec præsumant ámplius inquietáre aut molestáre serviétes tibi omnipoténti Deo. Qui vivis et regnas in sæcula sæculórum. **R.** Am.

Postmodum aspergantur aqua benedicta.

**Benedictio Loci.**

V. Adjutórium nostrum in nómine Dómini. **R.** Qui fecit cælum et terram. V. Dóminus vobiscum. **R.** Et cum spiritu tuo.

Oremus. Benedíc Dómine Deus omnipotens locum istum, ut sit in eo sánctas, castitas, victória, virtus, humilitas, bonitas, et mansuetúdo, plenitúdo legis, et gratiarum áctio, Deo Patri, et Filio, et Spiritui sancto: et hæc benedictiō máneat super hunc locum, et super habitátes in eo, nunc et in ómnia sæcula sæculórum. **R.** Amen.

Et aspergatur aqua benedicta.

**Benedictio Domus novæ.**

V. Adjutórium nostrum in nómine Dómini. **R.** Qui fecit cælum et terram. V. Dóminus vobiscum. **R.** Et cum spiritu tuo.

Oremus. Te Deum Patrem omnipoténtem suppliciter exorámus pro hac domo, et pro habitatóribus ejus ac rebus: ut eam benedícere, et sanctificáre, ac bonis ómnibus ampliáre dignéris: tribue eis Dómine de rore cæli abundántiam, et de pinguédine terræ vitæ substantiam, et desidéria voti eórum ad effectum tuæ miserationis perdúcas. Ad intróitum ergo nostrum benedícere et sancti-

ficáre dignéris hanc domum, sicut benedícere dignátus es domum Abraham, Isaac, et Jacob: et intra parietes domus istius, Angeli tuæ lucis inhábitent, eámque et ejus habitatóres custódiant. Per Christum Dóminum nostrum. **R.** Am.

Deinde aspergatur aqua benedicta.

**Bened. Thalami.**

V. Adjutórium nostrum in nómine Dómini. **R.** Qui fecit cælum et terram. V. Dóminus vobiscum. **R.** Et cum spiritu tuo.

Oremus. Benedíc Dómine thálamum hunc: ut omnes habitátes in eo in tua pace consistent, et in tua voluntáte permáneant, et senéscant, et multiplicéntur in longitúdinem díerum, et ad regna cælórum pervéniant. Per Christum Dóminum nostrum. **R.** Am.

Postea aspergat thalamum aqua benedicta.

**Benedictio novæ Navis.**

V. Adjutórium nostrum in nómine Dómini. **R.** Qui fecit cælum et terram. V. Dóminus vobiscum. **R.** Et cum spiritu tuo.

Oremus. Propitiáre Dómine supplicatióibus nostris, et benedíc navim istam dexterá tua sancta, et omnes qui in ea vehéntur, sicut dignátus es benedícere arcam Noe ambulántem in dilúvio: pórrige eis Dómine dexteram tuam, sicut porrexisti beato Petro ambulánti supra mare: et mitte sanctum Angelum tuum de cælis, qui liberet et custódiat eam semper a periculis univérsis, cum ómnibus quæ in ea erunt: et fámulos tuos, repulsis adversitatibus, portu semper optábili, cursúque tranquillo tuéaris; transáctisque, ac recte perféctis negotiis ómnibus, iteráto témpore ad própria cum omni gáudio revocáre dignéris. Qui vivis et regnas in sæcula sæculórum. **R.** Amen.

Aspergat navim aqua benedicta.

**Benedictiones**

AB EPISCOPI, VEL ALIIS FACULTATEM HABENTIBUS, FACIENDÆ.

**Ben. sacerdotalium Indumentorum in genere.**

V. Adjutórium nostrum in nómine Dómini. **R.** Qui fecit cælum

et terram. V. Dóminus vobiscum. R. Et cum spiritu tuo.

**Oremus.** Omnipotens sempitérne Deus, qui per Móysen fámulum tuum pontificália et sacerdotália seu levítica vestiménta, ad expléndum in conspéctu tuo ministérium eórum, ad honórem et decórem nóminis tui fieri decrevisti : adésto propitiús invocatióibus nostris : et hæc indumentá sacerdotália, désuper irrigánte grátia tua, ingénti benedictiône per nostræ humilitátis servitium purifi- cáre, bene- cráre dignéris : ut divinis cúltribus et sacris mystériis apta et benedicta existant : his quoque sacris véstibus Pontífices, et Sacerdótes, seu Levitæ tui indúti, ab ómnibus impulsiónibus seu tentatióibus malignórum spirituum muniti et defénsi esse mereántur : tuisque mystériis apte et condigne servire et inhaerére, atque in his tibi plácite et devóte perseveráre tribue. Per Christum Dóminum nostrum.

R. Amen.

**Oremus.** Deus, invictæ virtútis triumpatór, et ómnium rerum créator ac sanctificátor, inténde

propitiús preces nostras : et hæc indumentá levitice, sacerdotális et pontificális glóriæ, ministris tuis fruéndá, tuo ore próprio bene- cráre, sancti- ficáre, et conse- cráre dignéris : omnesque eis uténtes, tuis mystériis aptos, et tibi in eis devóte ac laudabiliter serviéntes, gratos efficere dignéris. Per Dñum nostrum Jesum Christum Fílium tuum, qui tecum. R. Amen.

**Oremus.** Dómine Deus omnipotens, qui vestiménta Pontíficibus, Sacerdotibus et Levitis in usum tabernáculi fœderis necessariá, Móysen fámulum tuum ágere jussisti, eúmque spiritu sapiéntiæ ad id peragéndum replevisti : hæc vestiménta in usum et cultum mystérii tui bene- cráre, sancti- ficáre, et conse- cráre dignéris : atque ministros altáris tui, qui ea induerint, septiformis Spiritus grátia dignánter repléri, atque castitátis stola, beatæ faciás cum bonórum fructu óperum ministérii congruéntis immortalitátis vestiri. Per Christum Dóminum nostrum. R. Amen.

Deinde aspergat ipsa indumentá aqua benedicta.

**Bened. Happarum,**  
ET TOBALEARUM, SIVE  
LINTEAMINUM ALTA-  
RIS.

V. Adjutóriú nostrum in nómine Dñi. R. Qui fecit cælum et terram. V. Dóminus vobiscum. R. Et cum spiritu tuo.

**Oremus.** Exáudi Dñe preces nostras, et hæc linteámina sacri altáris úsui præparáta bene- cráre, et sancti- ficáre dignéris. Per Christum Dñum nostrum. R. Am.

**Oremus.** Dómine Deus omnipotens, qui Móysen fámulum tuum ornáménta et linteámina fácere, per quadraginta dies docuisti ; quæ étiam Maria téxuit, et fecit in usum ministérii tabernáculi fœderis : bene- cráre, sancti- ficáre, et conse- cráre dignéris hæc linteámina ad tegéndum involendúmque altáre gloriosissimi Fílii tui Dómini nostri Jesu Christi : Qui tecum vivit et regnat in unitáte Spiritus sancti Deus, per ómnia sæcula sæculórum. R. Amen.

Deinde aspergat ea aqua benedicta.

**Benedictio Corpo-  
ralium.**

V. Adjutórium nostrum in nómine Dómi-

ni. R. Qui fecit cælum et terram. V. Dóminus vobiscum. R. Et cum spiritu tuo.

**Oremus.** Clementissime Dómine, cujus inenarrabilis est virtus, cujus sancti arcánis mirabilibus celebrántur : tribue quæsumus ; ut hoc linteámen tuæ propitiatiónis bene- cráre, et sancti- ficáre dignéris ad conse- crándum super illud Corpus et Sanguinem Dei et Dómini nostri Jesu Christi Fílii tui : Qui tecum vivit et regnat in unitáte Spiritus sancti Deus, per ómnia sæcula sæculórum.

R. Amen.

**Oremus.** Omnipotens sempitérne Deus, bene- cráre, sancti- ficáre, et conse- cráre dignéris linteámen istud, ad tegéndum involendúmque Corpus et Sanguinem Dómini nostri Jesu Christi Fílii tui, qui tecum vivit et regnat. R. Amen.

**Oremus.** Omnipotens Deus, mámbus nostris opem tuæ benedictiátis infúnde : ut per nostram bene- cráre, et sancti- ficáre dignéris linteámen sanctificétur, et Córporis ac Sanguinis Redemptóris nostri novum sudárium, Spiritus sancti grátia, efficiátur. Per eúdem Dómi-

num nostrum Jesum Christum Filium tuum : Qui tecum vivit et regnat in unitate ejusdem Spiritus sancti Deus, per omnia secula seculorum. R. Amen.

Et aspergat aqua benedicta.

### Benedictio Tabernaculi,

SEU VASCULI PRO SACROSANCTA EUCHARISTIA CONSERVANDA.

V. Adjutorium nostrum in nomine Domini. R. Qui fecit caelum et terram. V. Dominus vobiscum. R. Et cum spiritu tuo.

**Oremus.** Omnipotens sempiternus Deus, majestatem tuam supplices deprecamur, ut vasculum hoc pro Corpore Filii tui Domini Jesu Christi in eo condendo fabricatum, bene et dictionis tuae gratia ditare digneris. Per eundem Dominum. R. Amen.

Et aspergit illud aqua benedicta.

### Oratio in Consecratione Episcopi,

quae dicitur cum Oratione Missae diei sub una conclusione : et similiter Secreta, et Postcommunio.

**Oratio.** Adesto supplicationibus nostris omni-

potens Deus : ut quod humilitatis nostrae gerendum est ministerio, tuae virtutis impleatur effectu. Per Dominum nostrum.

Consecrator.

**Secreta.** Suscipe Domine munera, quae tibi offerimus pro hoc famulo tuo : ut propitius in eo tua dona custodias. Per Dominum.

Consecratus dicit :

**S**uscipe Domine munera, quae tibi offerimus pro me famulo tuo : ut propitius in me tua dona custodias. Per Dominum.

Infra actionem. Consecrator.

**H**anc igitur oblationem servitutis nostrae, sed et cunctae familiae tuae, quam tibi offerimus etiam pro hoc famulo tuo, quem ad Episcopatus ordinem promovere dignatus es, quaesumus Domine, ut placatus accipias, et propitius in eo tua dona custodias : ut quod divino munere consecutus est, divinis effectibus exsequatur : diesque nostros in tua pace disponas : atque ab aeterna damnatione nos eripi, et in electorum tuorum iubeas grege numerari. Per Christum Dominum nostrum. Amen.

Consecratus dicit :

**H**anc igitur oblationem servitutis nostrae, sed et cunctae familiae tuae, quam tibi offerimus etiam pro me famulo tuo, quem ad Episcopatus ordinem promovere dignatus es, quaesumus Domine, ut placatus accipias, et propitius in me tua dona custodias : ut quod divino munere consecutus sum, divinis effectibus exsequar : diesque nostros in tua pace disponas : atque ab aeterna damnatione nos eripi, et in electorum tuorum iubeas grege numerari. Per Christum Dominum nostrum. Amen.

**Postcommunio.** Plenum quaesumus Domine in nobis remedium tuae miserationis operare : ac tales nos esse perfice propitius, et sic fovere ; ut tibi in omnibus placere valeamus. Per Dominum.

### Oratio in Collatione Sacrorum Ordinum,

quae dicitur cum Oratione Missae diei sub una conclusione : et similiter Secreta, et Postcommunio.

**Oratio.** Exaudi quaesumus Domine supplicium preces, et devoto tibi peccatore famulantes, perpetua defensione custodi : ut nullis perturbationibus impediti, liberam servitatem tuis semper exhibeamus officis. Per Dominum nostrum.

**Secreta.** Tuis quaesumus Domine operare mysteriis : ut haec tibi munera dignis mentibus offeramus. Per Dominum.

**Postcommunio.** Quos tuis Domine reficis sacramentis, continuis attolle benignus auxiliis : ut tuae redemptionis effectum, et mysteriis capiamus, et moribus ; Qui vivis et regnas cum Deo Patre in unitate.



## Missae votivae per annum.

Hæ Missæ celebrantur diebus singulis assignatis juxta Apostolicum Indultum generale per Decretum Sacrorum Rituum Congregationis die 5 Julii 1883. Secunda et tertia Oratio erunt ut in Semiduplicibus pro diversitate temporis. Fient quoque Commemorations de Simplicii, ac de Feria cum ejus Evangelio in fine Missæ, prout de iis actum est in respondente Officio votivo per annum, juxta Rubricas Missalis. Dicitur *Gloria* et omittitur *Credo*.

### PRO FERIA II.

#### De sanctis Angelis.

MISSA. *Benedicite Dñm, nam omnes Angeli ejus, quæ invenitur inter Missas votivas, p. 148.*

Secunda et tertia Oratio pro diversitate temporis ut in Semiduplicibus. Non dicitur *Credo*.

### PRO FERIA III.

#### De sanctis Apostolis.

MISSA. *Mihi autem, ut in Festo SS. Apost. Simonis et Jude, p. 557, cum Evang. Dixit Petrus ad Jesum: Ecce nos, p. [33]. Atque in Oratione, Secreta et Post-communione omittuntur nomina Simonis et Jude.*

Post Septuagesimam dicitur Tractus, *Qui seminant, ut in Missa votiva de SS. Apost. Petro et Paulo, p. [50].*

Secunda et tertia Oratio pro diversitate temporis ut in Semiduplicibus.

Non dicitur *Credo*.

¶ Tempore Paschali.

Missæ ut supra, præter sequentia.

### PRO FERIA IV.

De sancto Joseph, SPONSO B. MARIE VIRG. CONF. ET CATHOLICÆ ECCLES. PATRONO.

MISSA. *Adjutor et protector, ut in Proprio Sanctior. Dom. III, post Pascha, p. 429; pro ratione temporis servando quæ ibid. notantur ad calcem, p. 430.*

Secunda et tertia Oratio pro diversitate temporis ut in Semiduplicibus. Quo tempore Oratio. *A cunctis, dicenda veniet, in eadem omittitur nomen S. Joseph.*

## Missæ votivæ per annum. [115]

Ad Graduale, post Septuagesimam, omissis *Alléluia*, et Versu *Fac nos invocam*, dicitur.

Tractus. *Ps. III.* Beatus vir, qui timet Dominum: in mandatis ejus cupit nimis. *Ÿ.* Potens

in terra erit semen ejus: generatio rectorum benedicetur. *Ÿ.* Gloria et divitiæ in domo ejus: et justitia ejus manet in sæculum sæculi. Non dicitur *Credo*.

### PRO FERIA V.

#### De SS. Eucharistiæ Sacramento.

MISSA. *Cibavit eos ex adipe frumenti, quæ invenitur inter Missas votivas, p. 52.*

Secunda et tertia Oratio pro diversitate tempo-

ris, ut in Semiduplicibus. Non dicitur *Credo*. Præfatio de Nativitate. *Quia per incarnati Verbi mysterium.*

### PRO FERIA VI.

#### De Passione D. N. J. C.

MISSA. *Humiliavit, quæ invenitur inter Missas votivas, p. [54].*

Secunda et tertia Ora-

tio pro diversitate temporis. Non dicitur *Credo*. Præfatio de Cruce. *Qui salutem humani generis.*

### PRO SABBATO.

#### De Immaculata Conceptione B. Mariæ Virginis.

MISSA. *Gaudens gaudedo, ut in Festo, die viii. Decembris, p. 371.*

Secunda Oratio de Spiritu sancto; tertia, *Ecclésiæ, vel pro Papa.*

Non dicitur *Credo*.

In Secreta vero dicitur: *Salutarem hostiam, quam in commemoratione Immaculatae Conceptionis.* Præfatio de B. Mariæ Virg. *Et te in Conceptione Immaculata.*

### ROMÆ PRO FERIA III.

#### MISSA VOTIVA

#### De SS. Apostolis Petro et Paulo.

MISSA. *Mihi autem, quæ invenitur inter Missas votivas, in Missali Romano, p. [50].* Tempore Paschali dicitur eadem Missa, præ-

ter Introitum, Graduale, Offertorium et Communionem, quæ sumenda sunt ut supra in Missa votiva de sanctis Apostolis.